

infelicissimum errorem reuocant hodie ii , qui v-
nionem hypostaticam in Christo definiunt esse ef-
fusionem omnium diuinæ naturæ proprietatum
in humanam. 3 Christum dicit esse λόγον Θεοῦ,
sed ωφελοποιὸν & αὐτούσιον, non autem σιαρετικὸν, vt
loquuntur Theologi. Epiphanius autem, Atqui
μιὰ δὲ ἡ, ait, οὐσία Patris & Filii, & θεῖτης, ἐν αἵματι. οὐ
δύναται γάρ εἶναι ἑτερούσιον τῷ γεγεννητῷ, οὐδὲ ταυτό-
τιον, σὺν ὅμοούσιον. δέ τι γάρ ταυτὸ τῷ θεότητι, καὶ τῇ οὐσίᾳ
Τοῦ ωφελοποιοῦ Πατέρα. 4 Baptisma corruperunt, ne-
que substantiam formāmque eius veram retine-
runt, quum non baptizarent in nomine Christi.
Itaque concilio Niceno iubentur baptizari, quia
prior eorum baptismus, non fuit baptismus. Quod
decretem commemorat Ruff.lib.i. Histor. cap.6.
& est Canon Synodi 21. Atque hi fuerunt amarif-
simi ambitionis & fastus Samosateni fructus, qui
ab Ecclesia tamen multos abduxerunt.

CAP. XLV.

Photiniani quem errorem sequuti sint.

Photinus ¹ ab Epiphanio non continuò post
Paulum, siue cum Paulo, sed aliis inter-
positis ponitur: non tacetur sane similia
credidisse, ² secundum aliquid tamen ad-
uersatus ei dicitur: sed quid sit ipsum aliquid, omnino
non dicitur. Philaster autem continuatim ponit ambos
sub singulis & propriis numeris, quasi hereses duas,
quum dicat Photinum in omnibus Pauli sequutū fuisse
doctrinam.

I Photinus.) Non tam est hoc loco temporis,
quam dogmatis obseruata ratio, quando inter

I. 1.